



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

162 Excommunicationes in Bulla Coenae Domini contentae, sunt Papa reservatae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 160 † Aliis omissis, sunt excommunicationes à jure: quia semper durant, de vna publicatione ad aliam, donec, & quousque alia fiat, & publicetur, ut in eadem Bull. sub num. 20. vers. volentes, Sayc. eodem lib. 3. cap. 25. num. 1. & 2. & in jure continentur, ut in extravag. com. 3. & 5. vers. & generaliter, de poenit. & remiss. Et quod hodie sit excommunicatio à jure lata, correctæ antiqua contraria ejus opinione, tenet Navar, in cap. 27. num. 73. ver. tertia quod.
- 161 † Qui autem in excommunicationes à jure latic incidunt, possunt etiam in notoriis, nulla monitione præmissa, in eadem excommunicationem incidisse, de clarari, Innoc. in cap. ex parte, il. 1. num. 3. de verb. oblig. Felyn. in cap. Rodulphus, num. 41. vers. intellige secundo, de rescript. & Put. decis. 332. num. 6. lib. 1. & Papæ processus in notoriis absque citatione valet, ut inquit Butr. in cap. cum olim, de sentent. excommunic. & Abb. in cap. causam, qua, de rescript. nec ordinem in procedendo servare tenetur, quia non ligatur suis, nec Antecessorum suorum constitutionibus, l. Princeps, & ibi gloss. ff. de legi. cap. idem, §. his ita, 25. quest. 1. c. ad petitionem, & ibi gloss. de accus. Abb. in c. Magna num. 7. de vot. Felyn. in cap. 2. num. 1. de major. & obed. & idem Abb. in cap. 1. n. 1. ubi etiam Bald. nu. 3. de const.
- 162 Sunt † enim prædictæ excommunicationes Papæ reservatæ: ita quod nemo ab illis, præterquam à Papa, aut ab eo potestatem habentibus, etiam virtute cujusvis decreti, concilij, aut indultorum, vel privilegiorum quorumcunque absolvi potest, ut in eadem Bulla eodem numer. 20. ver. cæterum à prædictis, Navar cap. 27. numer. 37 eodem vers. & num. 71. in fin. & Sayc. dist. lib. 3. capit. 25. numer. 3 & 4.
- 163 † Nisi in mortis articulo constituti, neque etiam tunc, nisi facta satisfactione, aut de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita; quæ cautio debet esse sufficiens cum pignore, vel fidejussore, si eam dare potest, sin minus, dare debet eam, quam potest, saltem juratoriam clement. 1. §. verum, & ibi gl. fin. & Abb. nu. 25. de hæret. Felyn. in c. pastorals, nu. 12. de off. ord. Navar. eod. c. 27. nu. 48. & Card. Tol. eodem lib. 1. c. 30. vers. primo quidem, & vers. tertio protestatur.
- 164 Papa † enim pluribus modis tribuit potestatem à casibus in Bulla Cœnæ Domini contentis absolvendi; aut enim tribuit facultatem specialem ad supplicationem, ut quando tacito nomine facultates absolvendi per Pœnitentiarium sub sigillo expediuntur, aut vigore privilegiorum generalium, vel jubilæi in genere. Et quocumque casu regulariter satisfactio, vel cautio, modo quo supra, præstari debet.
- 165 Et † procedit pro casibus occultis, si vero casus in Bull. Cœnæ Domini comprehensus fuerit deductus ad forum contentiosum; tunc enim ne vigore jubilæi, aut aliorum privilegiorum, potest excommunicatus absolvi; nisi primò judici, & partì satisfecerit, quia dictæ facultates sonant in foro conscientie duntaxat, quo casu in foro fori deducta sub dicta facultate non comprehenduntur; sed requiritur specialis ad absolvendum in utroque foro, quæ fieri debet coram notario, & testibus, vel saltem coram testibus † ut absolutus possit probare suam absolutoriam